



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

26 Canonici fidei professionem non emittentes, non faciunt fructus suos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

pio. & admitto: Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina synodo definita, & declarata fuerant, amplector, & recipio. Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorum sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in sanctissimo eucharistiæ sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, unà cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi: constanter teneo, purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium sub 24 fragilis juvari: similiter, & sanctos unà cum Christo regnantes venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero, imagines Christi, ac deiparæ semper virginis, nec non aliorum sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo: sanctam, Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem & magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro; Cætera item omnia à sacris canonibus, & œcumenicis cõciliis, & præcipuè 27 à sacrosancta Tridentina Synodo tradita,

definita, & declarata indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses ab Ecclesia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsentis sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam usque ad extremum vitam spiritum constantissime, Deo adiuvante, retinere, & confiteri, atque à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia, ut in eodem cap. 122.

24 Omnesque quos cathedralibus, & superioribus ecclesiis, vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuscumque beneficiis ecclesiasticis curam animarum habentibus provideri contingeret, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros, spondere, & jurare tenentur, conc. Trid. in c. 1. c. 2. de re for. sess. 24, & Pius IV. in eod. Bull. Rom. c. 114, & ad minus infra duos menses à die adeptæ possessionis in manibus Episcopi, vel, eo impedito, eorum generali ejus Vicario eandem tenentur orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & canonici verò, non solum coram Episcopo, sed etiam in capitulo idem facere tenentur, alioquin prædicti omnes provisi, ut supra fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur. conc. Trid. eod. c. 12. §. provis. autem, & fructus præbendæ tantum hoc casu amittunt, qui sine auctoritate